

AD

Nobilis: atq; Strenuum virum.

DN. HEINRICUM HILDE-
BRANDUM AB *Einsiedel* SCHARFFEN-
STENII DN. NUPER PARENTEM FACTUM, ATQUE
Serenissimi Dni. Electoris Saxoniae &c. Jussu, in su-
premo Lipsiense Dicasterium
cooptatum.

EPIGRAMMATA.



Venit ut ex Latio, in Patriam EINSIDELIUS
arcem,
Qua LAPIS in Tschopias spectat ACUTUS
aquis.

*Omnia qui novit, dixit: nunc amplius ille,
Non Phileremus erit, qui Phileremus erat.
Res commissa Dijs est quatuor; Euge Puellam
Tu Cypris, huic dotem jungito Juno tuam.
Fecerunt: quod erat Phileremus desijt esse,
Non quod erat totus desijt esse tamen.
Verum Einsidelium thalamum cum prole bearee
Mascula, & hunc cunis Ilithyia novis:
Priva quidem res est perfecta, at publica quartæ
Est data, quæ deerat, perficienda Deæ.
Nempe Deæ Themidi, simul EINSIDELIUS esset
Utilis ut Patriæ atq; utilis ipse sibi.
Nunc quoq; quod factum: *Qui novit, is, omnia*, faxit
In SCHARFFENSTENIA hæc perpetuare
Domo.
Filius atq; Nepos Patri Avoq; existat uterq;,
Par ut honore Tori, par & honore Fori.
Debit hæc dudum quæ debita solvere vota,
Nunc uno solvit SEUSSIA Musa metro,*



*Scriptit Dresda 26. April.
Ao. 1616.*

Sereniss. Dn. Electoris &c.
Secretarius
Joannes Seussius



*Acpe latere volens, sub opaca pulvere terra
In Taprobani gemmula nata jugis;
Cum minime retur, stricturis prodita lucis
Tollitur, & donis fit preciosa suis.*

*Non secus heroum sanguis, Philerema propago,
Vah! quantas tacto corde sovebat opes.
Contentus virtute suâ, virtute suorum
Ridebat curas ambitione graves.
Hinc latitare domi fastu procul atq; periclis,
Quæ secum adveniens aulica vita trahit.
Verum quò latitat magis, hoc fulgentior exit,
Auricolum spargens in latus omne jubar.
Curia stat Philyra sub manibus inclita: Thumin
Hanc aliquis possit dicere, possit Urin.
Ex hæc casta Themis ditioni oracula mittit;
Qualia Iudeis Thumin Urinq; dabant.
Huius ubi major vis gemmam excusserat unam,
Et fuerat gemma pars solidanda novâ:
Dum Princeps oculos nunc his nunc applicat illis,
Dispiciens vacuo congruat utra loco;
Nescio quo Philerema micans sese indicat ictu;
Mox dignam hanc vacuo judicat esse loco.
En ducis ingenium subtile! en idonea gemma
En funda partes explet ut illa sua!
Ut micat! ut rutilat Patria, Dominoq; Deoq;!
Fallor an hinc presus limpidiora stuant
Iura, Diceq; habeant plus jam responsa nitore?
Fallor an hinc radium veteris transmittet amoris?
Hæc sine namq; diu funus & umbra forem.*

*Ita devotè gratulatur.
M. Philippus Müller, Med.
Candid. & Prof. publ. in
Acad. Lipf.*

LIPSIAE,
TYPIS GROSIIANIS
Excudebat JUSTUS JANSONIUS Danus.

Sup. D. vol. 27, 2.